

ponitur. i. vinum, de quo dicitur, Fel  
draconum vinum eorum, & venenum  
aspidum insanabile. Deut. 32. Nam te-  
ste Salomone, Cor stultorum vbi læti-  
tia Eccle. 7. Siquidem stultissimus est,  
qui præsentia tantum contemplantur,  
futura non prævidet. Rerum exitus pru-  
dentia metitur. Boe. 2. de conso. Sed ma-  
gis, quæ futura sunt prævidentes, gau-  
deamus de nostra electione ad tantas  
nuptias. Et sicut psal. ait, Audiamus, &  
videamus, consideremus, quanta sit er-  
ga nos Dei dignatio. Obliviscamur po-  
pulum nostrum, & domum patris nos-  
tri, deservendo carnales affectiones, se-  
culares mores, priora vitia, & noxias  
consuetudines. Lauemur hic aqua pen-  
nitentiæ, pascamur pabulo verbi Dei,  
vngamur sacramentorum gratia, & ca-  
rissimatis, vt mundati, roborati, & or-  
nati ad huius conuiuii cænam, & regis  
cubiculam suffollamur, vbi sponso nos-  
tro sine fine iuncti conregnemus in glo-  
ria, & honore. Quod ipse præstare di-  
gnetur, qui viuit, & regnat per omnia  
secula seculi. Amen.

**I N E A D E M D O M I N I -  
ca Sermo I I. in ordi-  
ne. XIII.**

**N** V P T I Æ factæ sunt in Chana  
Galilee. Ioan. 12.

Tripli- legimus. Carnales. Gen. 2. Relinquet ho-  
ces nu- mo patrem, & matrem, & adhærebit  
ptiæ in vxori suæ, & erunt duo in carne vna.  
scriptu- Aliæ sunt singulares verbis. cum huma-  
ra. na natura, siue Christi cum ecclesia. de  
quibus Ioan. 1. Qui habet sponsam,  
sponsus est. Et in psal. Tanquam spon-  
sus procedens de thalamo suo Tertie  
sunt spirituales, Dei. s. & animæ. De  
quo Osæ 2. Desponsabo te mihi in fi-  
de.

Per nuptias carnales à peccatoribus  
peccatores, & damnati generantur. Era-  
mus enim natura filii iræ, natura, & na-  
turali generatione. Ephe. 2. Per singu-  
lares damnati reparantur. Venit em

filii hominis querere, & saluum face-  
re, quod perierat. Luc. 19. Per spiritua-  
les reparati sanctificantur. Vnde Apo-  
stolus. 1. Cor. 3. Templum Dei sanctum  
est, quod estis vos. Et iterum, vos estis  
téplum Dei viui, sicut dicit Deus, quo-  
niam inhabitabo in illis, & ambulabo  
inter eos. In omnibus his nuptiis a-  
quæ tribulationum replent hydrias,  
sed adueniente Iesu, in vinum conuer-  
tuntur. In singularibus, Intrauerunt  
aquæ vsque ad animam meam, passio-  
num. s. Sed in resurrectione conuersæ  
sunt in vinum lætitiæ. Vnde psal. Con-  
uertisti planctum meum in gaudium  
mihî, conscidisti saccum meum, & cir-  
cudedisti me lætitiâ. In spiritualibus  
siquidem omnes, qui piè volunt viuere  
in Christo, persecutionem patiuntur. 2  
Timo. 3. Per multas quoque tribulatio-  
nes oportet intrare in regnû Dei, A. Ct.  
14. In carnalibus, & si homo primo vi-  
num bonum ponit, non sic vbi est Ie-  
sus ad nuptias vocatus cum Maria ma-  
tre eius. Hic enim primo iubet hydrias  
aquis repleri. Quis enim numerare po-  
terit tribulationes etiam honestorum  
coniugum. Hinc de eis loquens Apo-  
stolus ait, Tribulationem tamen carnis  
habebunt huiusmodi. 1. Cor. 7. Nuptiæ  
singulares sunt honorandæ, & venerandæ,  
spirituales requirendæ, & amandæ,  
carnales verò tolerandæ. Hinc Aposto-  
lus. 1. Cor. 7. si nupsit virgo, non pec-  
cauit. Et iterum, Si acceperis vxorem,  
non peccasti. Has enim concedit Apo-  
stolus secundum indulgentiam ibidem  
non tanquam malum, sed tanquam mi-  
nus bonum. Hinc ait, Qui matrimo-  
nio iungit virginem suam, bene facit.  
& qui non iungit, melius facit, indul-  
getur ergo coniugium. i. conceditur.  
Est enim indulgentia concessionis, &  
permissionis. Coniugium indulgetur. i.  
conceditur, coitus coniugalis permitti-  
tur. i. toleratur, ita quod non prohibe-  
tur, & per matrimonii bonum excusa-  
tur: ait Magister dist. 26. quarti. Quia  
tamen carnales nuptiæ sacramentum  
sunt spiritualium nuptiarum, & singu-  
lares, teste apostolo, cum inquit, Sacra-  
men